

Mevius ad Jus Lubec. p. 1. qu. 2. n. 61.

4. Quia statutum hoc diutina consuetudine corroboratum est, immo in Consuetudinem plane abiit, quae etiam Juris appellatione venit.

Rauchbar. P. 1. qu. 36. n. 6.

Hinc igitur quod ex tali Jure Conjugi superstiti debetur, Portio statutaria dici solet, ideo, quod ex statuto, et quae ejusdem effectus est, consuetudine deferatur.

vid. l. 32. ff. de Legib.

5. Quia affirmativam hanc videtur probare argumentum, quod ex l. 29. ff. ad municipal. inducitur. Verba haec sunt: Incola et his magistratibus parere debet, apud quos incola est, et illis, apud quos Civis est. Nec tantum municipali Jurisdictioni in utroque municipio subjectus est; verum etiam omnibus muneribus fungi debet.

6. Quia etiam Clerici Civium statutis obligantur, eodemque cum illis jure utuntur,

Colerus decis. 284.

cum tamen Clerici alias omni Magistratus Civilis Jurisdictione prorsus sint exempti.

vid. Covarruv. pr. qu. 31. Nicol. Boerius decis. 69. n. 8.

Quod